



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

5. Dispositione generali, an comprehendantur exempti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

2. de filiis presbit. in 6. Abb. cap. olim n. 3. de verb. significat. laicè Durandus d. parte 1. Rubr. 4. n. 15. & seqq. usque ad num. 75. Ad secundum, fateor exemptiones esse privilegia Principum: sed tamen quia præjudicant jurisdictioni ordinariorum, quæ est valde favorabilis cap. pverenit 11. quest. in fin. Franc. d. cap. per exemptionem n. 5. debent ad instar omnium privilegiorum strictissimè interpretari, ut minus quam fieri potest præjudicent tertio. Feln. c. causam quan. 10. & seqq. de Rescip. Licet bene respectu concedentis admittant interpretationem extensivam Abb. cap. olim n. 7. de verb. sign. laicè Iason & DD. l. beneficium ff. de Constat. Cafrrens. lib. 2. C. de in ius vocand. ubi etiam DD. Miles verbo. privilegium principis contra eum.

Ad postremum, respondeatur partim ut ad primum, partim quod hic versetur etiam odium respectu exemptionum, ex eo quod dicuntur excitari perturbationes & dissolutions. Concil. Trident. eff. 24. cap. II. de Refor. Durand. d. parte 1. Rubr. 4. à n. 15. usque ad n. 75. Choppin in suo Alonasticon lib. 1. art. 2. num. 22. Unde inquit D. Gregorius in epistolis, si tua unicuique Episcopo Jurisdictione non servetur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus ordo custodiri debet confundatur: c. pverenit 11. qu. 1. Riga cap. cum M. n. 195. de consti. aut li versatur qualis favor, certe ille privatus est, cedique favori ordinariae jurisdictionis, qui publicus est, per not. Franc. & DD. cap. odia de Reg. juris in 6. Et ne multa: si exemptiones sunt contra Jus commune, (ut esse probatum est supra) quantumvis certe sint exemptionum favore introductæ; amen nihil dubitandum est, quin simpliciter tanquam quæcumque iuxta communis contraria, sint odiosæ & strictissimè interpretandas. Sic de retractu consanguinitatis concludit Tiraquin Prefat. num. 67. Hinc in dubio semper presumendum est & judicandum pro ordinario. Feder. Conf. 130. Abb. cap. Quondam numer. 4. cum addit. de privilegiis, cuius jurisdictione est valde favorabilis, cap. pverenit 11. quest. 1. & cap. qui resistit quest. 3. Archidiac. in cap. Frater 16. quest. 1. n. 3. Et est ratio, quia sunt in præjudicium potestatis ordinariorum, qua utique favorabilis est, & extendenda.

## QUÆSTIO V.

Dispositione Generali, an comprehendantur Exempti?

## SUMMARIUM.

1. Dispositio generalis non extenditur ad casus privilegiatorum.  
2. Exempti sunt honoris, & prerogativa digni. 16.

C

3. Sub:

3. Sub iudictione generali collectorum, exceptio non comprehenduntur. 19.  
 4. Beneficia exempta non comprehenduntur appellatione beneficiorum. 20. 21.  
 5. Appellatione clericorum non comprehenduntur exempti.  
 6. Cardinales an Comprehenduntur sub dispositione generali. 26.  
 7. Conclusio affirmativa questionis. 10.  
 8. Pontifex est Diacefanus exemptorum.  
 9. Exempti magis subiectiuntur Papa quam aliis.  
 11. Generalis dispositio comprehendit causas, & personas privilegiatas.  
 12. Generalis dispositio ne aliquid fiat comprehenduntur exempti.  
 13. 14. Limita si generalis dispositio praedicta earet exemptioni.  
 15. Sublimiora, nisi dispositio generalis habet prestantes clausulas.
17. Generalis dispositio odiosa generaliter intelligenda.  
 18. Tamen operatus generalis dispositio in genere, quantum specialis in specie.  
 21. Si concessum sit Episcopo ut percipiat frumentus beneficiorum vacantium in sua Diocesis habebit etiam fructus beneficiorum exemplorum sine dæcessis.  
 22. Appellatione Ecclesiærum Diocesis comprehenduntur exempti.  
 23. Limita fiduciarum de tua diocesi. 25  
 24. Valeat argumentum a febris ad personas.  
 27. Sententia in favorem pia Record. Cardini. Erardi à Marcha Principis Leonensis.  
 28. Dispositio Legis & hominis equiparantur.  
 29. Dispositione generali quis non censetur disponere quod sua non est potestatis.

**N**on comprehendendi exemptos sub generali dispositione, multa videntur arguere. Imprimis, Quid dispositio generalis non extendatur ad casus speciales, & privilegiatos, sed eorum gratia veniet restringenda, nisi tamen specialiter de illis caveatur. Ab cap. verum numer. 22. de foro competen. glo. & text. cap. 2. de prebend. in 6. l. in testamento ubi Fulgos. C. de Testamen. l. Hac consultissima ubigloss. & DD. C. Quitestam. facere poss. Alcian. l. postquam lito sub finem C. de past.

Cum ergo exempti, tamquam eximi, sint meliore loco, acomuni favore, privilegio, & honore, aliis preferendi, cap. per tuas ubi gloss de majori & obida. cap. ut Apostolico ubi Frant. num. 3. de privileg. in 6. Petr. Brixiensis repert. ver. b. Exempti versus Ab Praelatu, Henrico Boecius de Sinodo Episcop. par. 3. numero 17. Generali dispositione comprehendi non debent. Ut hoc in puncto tradit Bald. l. 1. Colum. 6. vers. unde queritur. C. de furtis Castrensi. Conf. 313. postremares ista. vol. 1. Conf. 462. vol. 2.

Secundo, sub generali iudictione collectarium non comprehenduntur exempti, Archidiac. cap. si propter de re script. in sexto. Angel. l. fin. C. sine censi & reliqua.

quis Bertachin de Gabellis part. 7. num. 29. Lucanus de fisco part. 3. de Immunit. collect. num. 9. Gigas de pension quæst. 59. n. 9. quod & in charitable subdio tenet Decius Conf. 15. in causa exemptionis colum. 2. & in Gabellis, Io. Gutierrez tract. de Gabellis quæst. 87. & seqq.

Tertio similiter sub generali appellatione beneficiorum non veniunt beneficia & exempta tex. & DD. d. cap. si proper. Copus de fructibus lib. 4. tit. 3. cap. 3. Rota de- cisi. 2. de privileg. in antiqu. Sicut quoque nec appellatione beneficiorum dice- cisis. Felin. cap. grave num. 2. de offic. ordin. Selva de beneficio part. 1. quæst. 3. num. 21.

Quarto generali dispositione seu appellatione clericorum, non veniunt aut comprehenduntur exempti; text. & glossa in d. cap. grave cap. ex parte de privileg. glo. Clement. si beneficio de prebend. ubi Cardin. glo. Clem. frequens de excessi prelat. Petr. Bri- xiensis in report. verbo Clericus.

Postremo, sicut generali dispositione Papæ non comprehenduntur Cardinales: 6 quia in generali dispositione non includuntur majora expressis, cap. sedes Aposto- lica ubi Felin. & D.D. de Rescript. Ioan. Monach. Ioan. Andr. cap. unico de schismat in 6. Gigas de pensionib. q. 59. num. 11. & seqq. Barbatia tract. de Cardin. part. 1. q. 7. per 100. ita etiam exempti.

Sed prædictis non obstantibus, concludendum est contrarium. Quod ut 7 probem, præmitto Pontificem esse Diccesanum, & superiorem exemptiorum 8 cap. multa dicit. glo. & Franc. cap. auctoritate. §. inhibemus vers. in glossa de privileg. in 6. Abb. cap. nihil de electione. Unde, cum Papa aliquid generaliter constituit, li- gat omnes suos subditos cap. 1. de const. cap. 1. de Censib. Licet autem omnes sint 9 Papæ subdit, longe tamen magis subiectiunt ei exempti, cum alium non ha- beant iudicem: alioquin enim forent acephali, sine rege, sine capite, quas Pontificia jura execrantur gloss. & text. d. cap. nulla tex. cap. quidam circa fin. 24. quæst. 3.

Itaque conclusio est, quod in generali dispositione comprehendantur exempti.<sup>10</sup> Ita concludit, & confirmat Gomesius ad Regulas Cancellaria tit. de insfr. resignat. par. 1.

quæst. 5. fol. 75.

Ratio est, quia generalis d. positio legis non solum causas sed etiam personas 11 privilegiatas comprehendit. Bald. in fraudem §. ult. de teß. mift. Decius l. 1. num. 9. ff. d' regel. Iuris. cum addit. latissime suo more concludi Tiraquell. de retr. Conf. §. 1. gloss. 14. n. 95. usque ad num. 103. Idque etiam si major aut specialior aliqua ratio in uno quam in alio casu appareret, & etiam si in odiosis aut penalibus verfaremur. Gozad. in Conf. 35. breviter colum. 2. num. 6. Conf. 51. in causa num. 24. Conf. 103. videretur primo num. 3. Conf. 59. prima facie num. 13. Conf. 19. num. 17. Tiraquell. d. §. 1. gloss. 14. num. 101. & seqq.

Hinc est, quod generali prohibitione ne aliquid fiat, includantur etiam exempti. Ita Philip. Franc. cap. auctoritate §. imbibemus in pr. de privileg. in 6. quia tantum operatur generalitas respectu omnium, quantum specialitas respectu quorundam. Casfren. in l. qui edificium num. 3. per l. si servitus ubi glo. ff. de servit. nrb. prediorum l. si duorum & ibi Barb. ff. de administ. iust. l. si chorua ff. de leg. 3. l. omnes C. de prescript. 30. vel 40. annorum. Tiraquell. tract. de prescript. §. 1. glo. 11. vers. hac tamen in fine quem omnino in hac materia vide. Item etiam sub generali dispositione clericorum comprehenduntur exempti. Navarrus de datis & promissi pro iustitia not. 4. vers. sexto noto. Quae tamen declaranda sunt, & limitanda, ut obtineant in materia tantum communis & indifferenti.

13. Nam si dispositione generali verteretur aliquod praetudicium speciale exemptio-  
nis, tunc sub ea non comprehendenderentur exempti. arg. l. stichus ubi Barb. ff. de aliment.  
& liber. leg. Bald. l. omnes populi ante finem vers. item nota quod generale statutum ff. de  
Iust. & Jure. Decius l. i. n. 10. 11. ff. de reg. Juris. Tiraquell. de prescript. §. 1. glo. 11. in fine:  
& de Retract. Consang. §. 1. glo. 14. n. 105..

14. Ratio est, quia per ejusmodi constitutiones seu dispositiones generales, revoca-  
rentur, aut alterarentur exemptions, quod jura non admittunt tex. cap. 1. De Constit.  
in 6. l. decurionibus ubi glo. & D.D. C. de silent. lib. 12. Milius in repert. verb. privilegium  
non inservit in fol. 37 2. pag. 2. quod etiam multo auctoritatis confirmat Tiraq. tract.  
de prescript. §. 1. glo. 1. post princip. Quod ipsum confirmatur per Henricum Ferendat.  
in addit. ad Repert. Milius in verbo privilegium his verbis: Privilégio speciali alicui con-  
cessio nunquam derogatur per legem generalem, nisi fiat de ipso mentio. tex. & cum  
suaglo. l. decurionibus C. de silentiar. lib. 12. quem tex. ad hoc ponderavit Bald. l. non plu-  
res C. defacros. Eccles. referr. & sequitur Jacob. de S. Gemaria. l. 2. §. omnes autem col. 2.  
vers. addit. ff. de Judic. ita ille.

15. Quod tamen sublimata, nisi in dispositione generali adjecta sint clausulae praæ-  
gnantes, quales sunt non obstantibus, &c. Etiam si de verbo ad verbum, &c. Cujus-  
unque status, &c. aut alia ejusmodi. Aut subjecta materia vel disponentis praesumpta  
voluntas aliud suadeat. De quibus compendii gratia Gomesius in proemio Reg. Can-  
cell. quest. 4. 5. & in Comment. ad Reg. de valore exprimendo in Imper. benef. quest. 1. vers.  
Quid. in tanta varietate usque ad versi. Postremo. Felinus cap. accidentes de prescript.  
Guido de Rescript. n. 22. & seq. Menoch. de prescript. lib. 2. presumpt. 12. n. 3. & seqq.  
& lib. 6. praesumpt. 38. §. 40. per tot. Navarrus Cons. 12. de Regularibus n. 5. lib. 3. tom. 1.  
conf. 7. de privileg. tom. 2. arg. glo. in verbo cuiuscunque. Clem. si de beneficio, ubi Card. de  
præbendia.

Non obstant argumenta in principio opposita, quia licet in exemptis præfulgeat  
quædam nota honoris, qua non exemptis quadam tenus præferuntur. d. cap. per mas:  
Franc. din. 3. Petrus Brixien. & Henric. Botteus supra cit. tamen ejusmodi præminen-  
tia

ta non liberat à vinculis legis sive generalis dispositionis, argumento ejus quod de Augusta dicitur: quæ eti fulgeat radiis Augusti, *I. fiscus* §. fin. ff. de jure fisci. tamen generali constitutionum dispositione comprehenditur, tex. not. I. princeps ff. de legib. 17 Hinc est quod dicitur, dispositionem generalem quamvis otdosam, quantum pertinet lata interpretatio oriens ex proprietate verborum, generaliter esse intelligendam. *Ang. I. ult. vers. ultimo quaritur ff. de const. princip. per tex. I. cum lege ubi Aret. ff. de Testam. T. irag. d. tract. de prescript. §. I. glo. II. vers. Idque adeo procedit.* Quid ipsum post Tiraq. censuit Gomesius his verbis, Dispositio (inquit) generalis capit omnes suas species, etiam qualitate differentes, ut nota Bald. in fraudem ff. de milit. test. " per tex. I. I. §. quod autem ff. de aleat. not. Decius cap. 2. de prebendis & alibi sepe." Ita ille. In comment. ad Reg. de Impetr. benef. vac. per obitum famil. Cardin. quæst. 8. vers. Et pro isto in fine.

Ratio est, quia tantum operatur dispositio generalis in genere, quantum specia- 18 lis in specie *I. si duo ubi Barb. ff. de adm. sur. I. si chorus ff. de leg. 3. I. omnes C. de prescrip. irig. vel quadragesima annorum.*

Non obstat secundum. Quia exempti ideo non comprehenduntur in generali 19 indictione collectarum, ne per constitutiones, &c dispositiones generales privilegium eo in casu specialiter concessum, revocetur, ut præter ceteros in prima declaratione a me vocatos in auctoritatem appositæ probat Decius *I. I. nn. 10. & 11. ff. de Reg. Iuris glo. cap. grave de offic. ordinari.*

Ad tertium negatur simpliciter, quod' appellatione beneficiorum non compre- 20 hendantur exempta. Ita censet Gomesius concludens ea comprehendendi sub regula Cancellariae, de infirmis resignantibus. *Lud. Gomes ad reg. Cancell. Reg. de in- fir. resig. quæst. 5. Philip Franc. cap. si propernum. 8. & 9. ubi expl. cat. Archid. de Rescript. in 6.*

Hinc est quod si concessum fuerit Episcopo privilegium ut habeat fructus be- 21 neficiorum vacantium in sua Diœcesi, habebit etiam fructus beneficiorum exemplorum sua Diœcesis. *Anton. de Roselli tract. De Indulgentiis num. 314. & seqq. Io. Coppi tract. de fructibus lib. ult. ca. 3. num. 14. & seq. Abb. cap. pro illorum num. 6. in fine de prabendis.*

Translatuum enim est, quod' appellatione ecclesiarum Provinciae vel Diœcetes veniant etiam exemptæ. *Abb. d. cap. pro illorum num. 6. Fel. ca. grave n. 1. de offic. ord. ca. dilecti pro foro compet. Anton. de Roselli & Io. Coppi, jam citati. Cardinalis Clem. Archiepiscopi §. simili n. 5. de privileg.*

Non tamen si diceretur de tua Diœcesi vel ecclesiarum tibi subiectarum, adeo quidem, ut hic major sit difficultas ex verbis, quam in re. *Felini d. cap. grave Io. Coppi Ro- 23 sellis Abb. d. num. 5. Siquidem differentia statuitur inter has enunciations, de be- neficiis in tua Diœcesi, & de tua Diœcesi: ut in priori comprehendantur exempta;*

ia posteriori neutquam: quippe quod beneficia exempta sint quidem in diœcensi, sed non de diœcensi Episcopi. *Lapus Clem. 2. de privilegiis Abb. d. cap. grave num. 1. cum addit. de offic. ordin. Roselli d. loco n. 315. Petr. Brixiens. in repert. verb. Exemptio vers. an per mandatum. Et notavi infra questione 46. post. pr.*

24. Ad quartum, respondeo omnino uti ad praecedens: Idque argumento à rebus ad personas, quod est in jure validum, arg. 1. miles ita ff. de milit. testa. & arg. 1. si quis inquit inquisitum §. sita legatum de legat. 1. *Matt. Gribaldus de ratio stud lib. 1. cap. 18. & preses in toto a loco ad personas.*

Nón obstat cap. grave de officio ord. Quia illud disponit de clericis tuæ diœcensi, qui ad instar beneficiorum non comprehenduntur: iusti modi sermone, ex eo quod tuum importet superioritatem, quam Episcopus non habet in exemptionis *Card. cap. Abbatem de Rescrip. Sicut enim loca exempla, sunt in diœcensi Episcopi, sed non de diœcensi ut dictum est supra, addit. Abb. cum add. cap. Apostolice num. de donat. Ita & clerici exempti sunt in diœcensi Episcopi, sed non de diœcensi. Confirmo quia clericorum generali appellatione veniunt cleri cíj cuiuscunq; gradus. *Fran- cius cap. 1. in pr. n. 2. de clero agrotante in 6. cum distinctione tamen quam ibi adserit.**

25. Ad postremum licet plerique censuerint generali dispositione non comprehendendi Cardinales, ut præter alios tenuit etiam Io. de Selva. tract. de Beneficio parte 3. quest. 43. n. 3. tamen verius est, & communius comprehendendi *Felin. cap. in jure peritus de offic. deleg. cap. ad aures col. 7. vers. octava a conclusio de Rescrip. c. quod super his col. 3. de fide Instr. Bellensis tract. de charit. sub id. quest. 66. ubi his articulis distinctione explicatur, addit. ex actis Navarrum distinguenter tractat. de datis & promissis pro iustitia not. 4. vers. sexto quaro.*

27. Quam opinionem confirmat variis in locis Loudov. Gomelius ad Regulas Cancelleriae: assertens fuisse judicatum anno 1531. in Novembri per Rotam in favorem Erardi à Marckia prie recordationis Cardinals & Principis Leodiensis contra Cardinalem de Vich. *In præm. Regul. Cancell. quest. 4. vers. ex quo inferuntur ac alii in locis.*

28. Pro coronide, volo prædicta non solum obtinere in dispositione canonis, seu legi rationibus præscriptis & tot. iur. de consti. tam in decret. quam in digesti, sed etiam in dispositione hominis: quia dispositio legis & hominis æquiparantur, bona que sumitur argumentatio ab una ad alteram. l. si in testamento. in fin ff. de vulg. & pupill. *Mathens Gribald. tract. de Rason studendi lib. 2. verb. dispositio & lib. 1. cap. 18. perl. non impossibile ff. de patris. Sed ita cum homo disponete potuit: Nam (ut inquit Marcus Mantua) dispositione quanto in cinque generali, nunquam quis conferit de eo disponere, quod lux non est potestatis, l. lucius ff. de administr. l. si pater ff. Quia in fraud. cred. l. curatores in fine ff. de administr. rer. ad civit. pertin. cap. in generali de controvers. inter dom. & aonatos, Marcus Mantua sing. 4. 85.*

QVÆ.